Universitätsbibliothek Paderborn

Septem Illvstrivm Virorvm Poemata

Cesarini, Virginio

Antverpiae, 1662

Lector.

urn:nbn:de:hbz:466:1-7990

Visual Library

LECTOR.

VIRGINIVM Cæſarinum omnis liberalis ſcientiæ virum, & magno excelſoq; præditum ingenio fuiſſe, conſtans quidem hucuſque fama fuit, ſed tantùm per manus tradita, nullis teſtata monumentis. Hæc ne omnino deeſſent, iuris publici fecimus carminum aliquot, quæ ipſe, cùm remitteret animum à ſeuerioribus ſtudijs, faciebat. Libuit hoc loco vſurpare veterum artificum formulam, quia Virginius octauo inualetudinis ſuæ, vndetriceſimo ætatis anno ſublatus, imponere carminibus ſuis minimè potuit extremam manum. Ceterùm ea laudare ſuperſedemus, vt totam hanc partem illorum iudi-

iudicio integram relinquamus, quibus neceſsitudo eſt cum Romanæ Etruſcæq; Poëſeos Principibus, & Magiſtris. Igitur, Lector candide, Poëtæ candidiſsimi verſus lege, & ex his coniecturam facito de ceteris, qui eius ingenij fœtus extarent, niſi mors non tam ipſi Virginio, quàm bonis literis peracerba, maturioris ætatis fructus intercepiſſet. Vale.